



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio LXXVII. De causa peccati ex parte appetitus sensitiui.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

¶ Quinto, De illis tribus causis quae ponuntur i. Ioā. 3. Concupiscentia oculorum, concupiscentia carnis, & superbia vitae.
¶ Sexto, Vtrum passio, quae est causa peccati, diminuat ipsam.
¶ Septimo, Vtrum totaliter excuset.
¶ Octavo, Vtrum peccatū, qd ex passione est, possit esse mortale.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum voluntas moueatur à passione appetitus sensitiui.

AD PRIMVM sic procedit. **Vt**, q voluntas non moueatur à passione appetitus sensitiui. Nulla.n. potentia passiuua mouetur nisi à suo obiecto: voluntas aut est potentia passiuua & actiuua simul, in quantum est motus & mota, sicut Philosophus dicit in 3. * de anima, uniuersaliter de vi appetitiua, cū ergo obiectū uoluntatis nō sit passio appetitus sensitiui, sed magis bonum rationis, vñ q passio appetitus sensitiui non moueat uoluntatem.

¶ 2 Præ. Superior motor non mouetur ab inferiori, sicut anima nō mouetur a corpore: sed uolūtas, quæ est appetitus rationalis, comparatur ad appetitum sensitiuū, sicut motor superior ad inferiorē. dicit.n. Philosophus in 3. de ani. * q appetitus rationalis mouet appetitum sensitiuū, sicut in corporibus celestibus sphaera mouet sphaeram. ergo uoluntas non potest moueri a passione appetitus sensitiui.

¶ 3 Præ. Nullū immateriale potest moueri ab aliquo materiali: sed uoluntas est potentia quædam immaterialis. non.n. uoluntur organo corporali, cū sit in ratione, ut dicitur in 3. de anim. * appetitus autem sensitiuus est uis materialis, ut potest fundata in organo corporali. ergo passio appetitus sensitiui non potest mouere appetitum intellectiuum.

SED CONTRA est, quod dicitur Daniel. 13. Concupiscentia subuertit cor tuum.

RESPON. Dicendum, q passio appetitus sensitiui non potest directe trahere, aut mouere uoluntatem: sed indirecte potest, & hoc dupliciter. Vno quidem modo secundū quādam abstractionē. Cum.n. omnes potentie aīæ in una essentia animæ radiceantur, necesse est qd qñ una potentia intendit in suo actu, altera in suo actu remittatur, uel ē totaliter in suo actu impediatur, tū quia omnis uirtus ad plura dispersa fit minor, unde e contrario, qñ intenditur circa unum, minus potest ad alia dispergi: tū quia in operibus animæ requiritur quædam intentio, quæ dū uehementer applicatur ad unū, non potest alteri uehementer attendere: & secundū hunc modū p quādam distractionem, quando motus appetitus sensitiui fortificatur ēm quamcūque passionē, necesse est q remittatur, uel totaliter impediatur mo-

tus proprius appetitus rationalis, qui est uoluntas. Alio modo ex parte obiecti uolūtatis, quod est bonum rōne apprehensum. impeditur. n. iudicium, & apprehensio rationis, propter uehementem, & inordinatam apprehensionem imaginationis & iudicium uirtutis æstimatoris, ut patet in amentibus. Manifestum est aut, q passionem appetitus sensitiui sequitur imaginationis apprehensio & iudicium æstimatoris, sicut ē dispositio linguæ sequitur iudicium gustus. unde uidemus, q homines in aliqua passione existentes, non facile imaginationē auertunt ab his, circa quæ afficiuntur. unde per consequens iudicium rationis plerūque sequitur passionē appetitus sensitiui, & per consequens motus uoluntatis, q natus est semp sequi iudiciū rationis.

AD PRIMVM ergo dicendum, q per passionē appetitus sensitiui fit aliqua imutatio circa iudiciū de obiecto uoluntatis, sicut dictū est, * Quis ipsa passio appetitus sensitiui nō sit directe uolūtatis obiectū. **AD SECUNDVM** dicendum, q superius non mouetur ab inferiori directe, sed indirecte quodammodo moueri potest, sicut dictum est. * Et similiter dicendum est ad Tertium.

ARTICVLVS II.

Vtrum ratio possit superari à passione contra suam scientiam.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur q rō nō possit superari a passione cōtra suā scientiā. Fortius.n. non uincitur a debiliori: sed scientia propter suā certitudinē est fortissimum eorū, quæ in nobis sunt, ergo nō potest superari a passione, q est debilis, & cito transiens.

¶ 2 Præ. Voluntas non est nisi boni, uel apparentis boni: sed cū passio trahit uoluntatē in id, qd est uerē bonum, non inclinatur rationem contra scientiam: cū autem trahit eam in id, quod est apprensens bonum, & non existens, trahit eam in id, quod rationi uideatur: hoc autem est in scientia rationis, quod ei uis. ergo passio nunquam inclinatur rationem cōtra suam scientiam. Si dicatur, q trahit rationē scientē aliquid in uniuersali, ut cōtrarium iudicet in particulari. Contra. Vniuersalis & particularis ppositio si opponant, opponunt ēm contradictionem: sicut, Omnis hō: &, nō omnis hō: sed duæ opiniones q sunt contradictoriae, sunt cōtrariae, ut dicitur in 2. Perihermeneias. * Si igitur aliquis sciens aliquid in uniuersali, iudicaret oppositū in singulari, sequeretur, q haberet simul cōtrarias opiniones, quod est impossibile.

¶ 3 Præ. Quicūq; scit uniuersale, scit et particulare, qd nouit sub uniuersali cōtineri: sicut qui scit omnem mulam esse sterile, prima secundū S. Thomæ

Super Questionis septuagesime septimæ Articulum secundum.

IN artic. 2. 77. quaestio. dubium occurrit, de cōchisione approbatia opinionis Socratis, s. Voluntas nunquam in malum tendit, nisi cum aliqua ignorantia, uel errore rationis, & de eius ratione, quia. i. uoluntas est solum boni, uel apparentis boni. Contra conclusionem namque currunt argumenta Socratis in 3. sentent. distinctio 36. primo, ex art. Par. Stante scientia in uniuersali & particulari, uoluntatem non potest in oppositum errorem.

¶ Secundo, ex multis auctoritatibus Aug. dicentibus, quod quandoque scientes peccamus.

¶ Tertio, ex auctoritate Aristot. 2. E. hico. quod scire, parū, aut nihil ualeat ad uirtutem. Si enim rectitudo intellectus exigitur ad bene uelle, tunc scire multam ualet ad uirtutem; imo sequitur, q non esset persuadendum alicui, quod bene uellet, sed quod recte consideraret.

¶ Præterea. Rectitudo rationis tam in practico, quam in speculativo constat ex terminis, & forma syllogismi perfecti. igitur ratio practica erit ex se perfecta, quic-

In corp. ar. 2

In corp. ar.

Mal. q. 2. artic. 9.

Cap. vi.

quicquid in appetitu sequatur, & consequenter potest voluntas male eligere intellectu existente perfecto.

¶ Præterea, Arguo ad idem: quia stat quod ratio ostendat virtutem oppositam, secundum quod est, puta furari, & non furari. est. n. oppositorum: & quod voluntas determinet se ad unum, quia vult, & quod hoc sic fit, testatur Aristot. in 9. Metaphys. ubi vult quod scientia sit oppositorum, sed a proteresse, id est, ab electione determinetur ad unum. non igitur oportet intellectum errare, vel ignorare ad hoc, quod voluntas male velit.

¶ Contra rationem verò, quia inefficax vult. ita. n. intellectum in nullo errare, & voluntatem peccare appetendo verè bonum apprehensum nõ debito modo.

¶ Ad hanc dubitationem, licet in 1. ar. sequentis q. in responsione ad primum videatur tractata, quia ibi confirmatur quod hæc de peccato contra scientiam, quæ hic tractatur ex una parte tantum. i. ex parte passionis, p. p. opinionem tamen Socratis hic approbata, dicitur auctore, q. impossibile est voluntatem peccare absq. ignorantia, vel errore intellectus, p. p. rationem in litera allata. Sed sunt hic duo advertenda. Primo, q. ignorantie nomine in proposito intelligit et ipsa actualis inconsideratio: & ex hoc solvantur oia

argumenta contra positum errorem intellectus. Ex hoc. n. habes, q. sufficit ad apprensionem bonum, q. actuali inconsideratione transferatur de ordine veri boni in nõ vere bonum, ut de peccato angeli in prima parte dictum est. & per hoc soluitur obiectio contra rationem allata.

¶ Secundo, q. apprehensio requisita ad hoc, quod voluntas appetat aliquid (non. n. ferri potest nisi in apprehensum) non est quæcumq. cognitio, alioquin intellectus speculativa sufficeret, cuius oppositum haberetur ex 3. de anima: sed est cognitio iudicans, & præcipiens hoc esse appetendum. Nunquam. n. aliquis aliquid appetit, quod non iudicat appetendum iudicio subito, vel deliberato, expedito, vel impedito &c. Nunquam etiam aliquis iudicata appetendi esse eligit, nisi imperet sibi ipsi animus appetendum esse. Ex hoc autem patet, q. si appetendum aliqd est vere iudicatum bonum, q. n. sicut, ubi &c. & sufficienter præceptum, oportet sequi electionem, ut patet per Aug. in 8. Confess. & Arist. in 7. Ethic. & supradicta, & sic erit electio bona. Si autem appetendum non est vere iudicatum, aut sufficienter præceptum bonum, tunc cum mala electione defectus positivus, vel negativus est in intellectu, dum voluntas fertur in bonum nõ vere, sed apprensio ex illo defectu. Et quia hæc duo membra distinguuntur contradictorie, consequens est, ut non sit dare medium. Ad obiecta autem in oppositum dicitur, q. auctoritates omnes, dicentes hominem appetere contra scientiam, intelligunt contra scientiam habitalem, vel actualem in universali, vel actualem particularis absolute, ut in responsione ad primum articuli primi seq. q. dicitur. Unde articulus Parisiensis de intellectu in universali, & particulari, secundum se considerato in actu, verus est, cum quo stat ignorantia particularis in comparatione. Posset quoque dici, q. est verus de particulari in actu etiam relato, quo ad actum iudicij non præceptum. cum tali. n. iudicio stat oppositum iudicij præceptum, in quo est defectus. Auctoritas Aristot. loquitur de scientia morali distincta contra scire prudentiam, & de illa, cum sit universalium constat parum, vel nihil valere: de ista autem

Cap. 1. non 106 a prim. tom. 1.

Lib. 1. Perih. in prim. tom. 1.

constat esse formam, & distinctionem virtutum. Et quoniam dependet ab appetitu recto, & econtra: ideo oportet ut in dicitur & quod consideret iudicij, & sollicitetur recte, & quod appetit. Alterum enim sine altero in sufficienter inuenitur. ¶ Ad primam rationem, quod rectitudo rationis pendet ex

RESPON. Dicendum, q. opinio Socratis fuit, ut Philosophus dicit in 7. Ethic. * q. scientia nunq. posset superari a passione. unde ponebat omnes virtutes esse scientias, & omnia peccata esse ignorantias, in quo quidem aliquo modo recte sapiebat: quia cum voluntas sit boni, vel apparentis boni, nunq. voluntas in malum moueretur, nisi id quod nõ est bonum, aliquo modo rationi bonum appareat, & pp hoc voluntas nunq. in malum tenderet, nisi cum aliqua ignorantia, vel errore rationis. Unde dicitur Proverb. 14. Errant qui operantur malum. Sed quia experimento patet, quod multi agunt contra ea, quorum scientiam habent: & hoc etiam auctoritate divina confirmatur fm illud Luc. 12. Seruus qui cognovit voluntatem domini sui, & non fecit, plangis uapulabit multis. & Iacob. 4. dicitur. Scienti bonum facere, & non facienti, peccatum est illi: non simpliciter verum dixit, sed oportet distinguere, ut Philosophus tradit in 7. Ethic. * Cum. n. ad recte agendum homo dirigatur duplici scientia. s. uniuersali, & particulari, utriusq. defectus sufficit ad hoc, quod impediatur

ratio sola ex terminis & syllogismo, quicquid in uoluntate. Oportet enim uoluntatem esse bene dispositam, si ratio perfecta sit ratione morali particularissima sine defectu, ut dicitur est. Vtraque responsio bona uidetur: sed prima est formalis profunda. Ad rationem aliam, quæ est omnium distinctio, quoniam tangit primam radicem, dicitur, quod in hoc ipso uoluntas determinat se, & intellectum ad alteram oppositam quod est malum, interuenit ignorantia aliqua. oportet uero uoluntate aliquid appetente, illud iudicari appetendum, ut hic, &c. Et cum in ueritate non sit appetendum, patet ignorantia aliqua: sed, an ignorantia sit prius natura, quam appetentia, difficile est uidere. Ex eo namque quod obiectum est uoluntatis, illud sic iudicatum prius natura uidetur: ex eo uero q. est uoluntatis uidetur determinantis intellectum, iuxta doctrinam Arist. posterioris natura uidetur.

¶ Ad hoc dicitur, quod determinatio intellectus ad alteram partem in Moralibus cum contingentia sint, quando ex parte prioris prouenit, prouenit manifeste electionem, ut patet ex Arist. claritas: sed quoniam hoc est per accidens, absolute loquitur de determinatione intellectus, dicens, dicitur intellectus ad alteram partem determinat intellectum ad iudicandum alterum oppositum facendum, sed diuersimode in bonis & in malis: quoniam neutrum oppositorum habet rationem mali moraliter, quod est se sola flectit iudicium quo uult: ad alterum uero oppositum moraliter malum, uoluntas ipsa flectit iudicium, sed nisi concurrente ad hanc aliquo alio defectu intellectus, q. sufficit ad hoc non consideratione omnium consideranda, q. sufficit ad hoc q. omnis malus ignorans sit, ut de peccato Angeli dicitur in 1. dicitur igitur de agendo, uel appetendo morali malo, & in ratione proposito sit prius natura uoluntate mala, & in ratione acceptati sit posterius natura eadem, & acceptetur ex alio defectu intellectus, quia malum secundum se, non est appetibile, resoluendum est in tria, in ipsum iudicium, in appetitum quod acceptatur, & in defectum intellectus unde dicitur

I

K

dummodo acceptatur, & ipsam passivam acceptationem a mala voluntate illatam: & quo ad duo prima p[er]tinet voluntate mala ut obiecti, & coditio nonnulla eius: si ne ex parte intelligit. quoad tertium autem est effectus voluntatis, & sic omnia consona ioveniuntur.

In eod[em] art. notato singularissime ultim[is] rationes, & memorata praedicta distinctione, considerato tempore, p[ro]p[ri]etates licitae, & ignoratae in particulari actu practico no[n] s[un]t co[n]tradictoriae. Licet animi existens in passione credat hanc esse fornicatione[m] finem esse faciend[am], credit t[ame]n o[mn]ibus concurrentibus nunc hanc fornicatione[m] esse co[m]mittend[am]: nisi n[on] hoc alio sentiat, no[n] faceret ei. C[on]stat aut[em] no[n] esse co[n]tradictorias illas, q[uo]d no[n] s[un]t ad id[em] similiter, &c. Et si ille in malitia, aut passione existens, dicat se sentire in animo co[n]tradictione[m] in actu, mentitur.

Super

do ille, qui est in passione constitutus, non considerat in particulari id, quod scit in vniuersali, in quantum passio impedit talem considerationem. Impedit autem tripliciter. Primò quidem, per quandam distractionem, sicut supra expositum est. *Secundo, per contrarietatem: quia plerumque passio inclinat ad contrarium huius, quod scientia vniuersalis habet. Tertio, per quandam immutationem corporalem, ex qua ratio quodammodo ligatur, ne libere in adum exeat: sicut etiam somnus, vel ebrietas quadam corporali transmutatione facta, ligant usum rationis. Et quod hoc contingat in passionibus, patet ex hoc, quod aliquando cum passionibus multum intenduntur, homo amittit totaliter usum rationis. Multi enim propter abundantiam amoris, & irae s[un]t in insaniam conuersi, & per hunc modum passio trahit rationem ad iudicandum in particulari, contra scientiam, quam habet in vniuersali.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod scientia vniuersalis, quae est certissima, non habet principalitatem in operatione, sed magis scientia particularis, eo quod operationes sunt circa singularia. unde no[n] est mirum si in operabilibus passio agit contra scientiam vniuersalem absente consideratione in particulari.

AD SECUNDVM dicendum, quod hoc ipsum, quod rationi videatur in particulari aliquid bonum, quod non est bonum, contingit ex aliqua passione: & tamen hoc particulare iudicium est contra vniuersalem scientiam rationis.

AD TERTIVM dicendum, quod no[n] possit contingere, qui aliquis haberet simul in actu scientia[m], aut opinionem vera[m] de vniuersali affirmatiuo, & opinionem falsam de particulari negatiuo, aut e[con]uerso: sed bene po-

test contingere, quod aliquis habeat vera[m] scientiam habitualiter de vniuersali affirmatiuo, & falsam opinionem in actu de particulari negatiuo. actus enim directe non contrariatur habitui, sed actui.

AD QVARTVM dicendum, quod ille qui habet scientiam in vniuersali, p[ro]p[ri]am passionem impeditur ne possit sub illa vniuersali sumere, & ad conclusionem puenire: sed assumit sub alia vniuersali, quam suggerit inclinatio passionis, & sub ea concludit. Vnde *Philosoph. dicit in 7. Ethico. quod syllogismus incontinentis habet quatuor propositiones, duas vniuersales, quarum vna est rationis, puta, nullam fornicationem esse committendam: alia est passionis, puta, delectationem esse sectandam. Passio igitur ligat rationem ne assumat, & concludat sub prima: unde ea durante assumit, & concludit sub secunda.

AD QVINTVM dicendum, quod sicut ebrius qu[od]que proferre potest verba significantia profundas sententias, quas t[ame]n mente diiudicare non potest ebrietate prohibente: ita in passione existens, etsi ore proferat hoc non esse faciendum, tamen interiorius hoc animo sentit, quod sit faciendum, ut dicitur in 7. *Ethic.

ARTICVLVS III.

Utrum peccatum, quod est ex passione, debeat dici ex infirmitate.

AD TERTIVM sic proceditur. Vt, quod peccatum, quod est ex passione, non debeat dici ex infirmitate. Passio enim est quida[m] vehemens motus appetitus sensitui, ut dictum est: vehemens autem motus magis attestatur fortitudini, q[uam] infirmitati. ergo peccatum, quod est ex passione, non debet dici ex infirmitate.

¶ 2 Præ. Infirmitas ho[m]inis maxime attenditur in illud quod est in eo fragilius: hoc autem est caro. unde dicitur in ps. 77. Recordatus est, quia caro sunt. ergo magis debet dici peccatum ex infirmitate, quod est ex alio quo corporis defectu, q[uam] quod est ex anima passione.

¶ 3 Præ. Ad ea non videtur homo esse infirmus, quod eius voluntati subduntur: sed facere, uel non facere ea, ad quae passio inclinat, hominis voluntati subditur, secundum illud Genes. 4. Subter te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. ergo peccatum, quod est ex passione, non est ex infirmitate.

SED CONTRA est, quod *Tullius in 4. lib. de Tusculanarum passionum aegritudines uocat: egritudines autem alio nomine infirmitates dicuntur. ergo peccatum, quod est ex passione, debet dici ex infirmitate.

RESPON. Dicendum, quod causa peccati propria est ex parte anime, in qua principaliter est peccatum. Potest autem dici infirmitas in anima ad similitudinem infirmitatis corporis. De autem corpus hominis esse infirmum, quod debilitatur, uel impeditur in executione proprie operationis p[ro]p[ri]a aliqua inordinationem partium corporis, ita s[ic] humores & membra hominis no[n] subdantur uirtuti regituae, & motui corporis. unde & membrum dicitur esse infirmum, quod non potest perficere operationem membri sani, sicut oculus quod no[n] potest clare uidere, ut dicit *Philosoph. in 10. de historijs animalium. unde & infirmitas anime dicitur, quod impeditur anima in propria operatione p[ro]p[ri]a inordinationem partium ipsius. Sicut autem partes corporis dicuntur esse inordinate, quod no[n] sequuntur ordinem naturae: ita & partes anime dicuntur esse inordinate, quando no[n] subduntur ordini rationis. ratio enim est uis regitua partium anime. Sic ergo quando ex-

Prima Secunda S. Tho. Y 2 tra

Cap. 3. to. 5.

ca. 3. a med. to. 5.

Inf. q. 87. ar. 3. d. 4. & 2. d. 1. 2. q. 2. ar. 2. ad 5. & in co[n]suet. 8. 4. dist. 19. q. 2. ar. 3. q. 1. ad 2. & mal. q. 3. ar. 8. ad 5. & art. 9. 10. 11. & 12. co[n]suet. & psal. 9. ar. 1. huius q.

Lib. 4. in 3. fo. a prin. & sequent.

Ca. 1. n. 8. p[er]cula princ. to. 4.

tra ordinem rationis vis concupiscibilis, aut irascibilis aliqua passione afficitur, & per hoc impedimentum praestatur modo praedicto debita actioni hominis, dicitur peccatum esse ex infirmitate. unde & Philosophus in 1. Ethic. comparat incontinentem paralytico, cuius partes mouentur in contrarium eius quod ipse disponit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut quanto fuerit motus fortior in corpore praeter ordinem naturae, tanto est maior infirmitas: ita quanto fuerit motus fortior passionis praeter ordinem rationis, tanto est maior infirmitas animae.

AD SECUNDVM dicendum, quod peccatum principaliter consistit in actu voluntatis, qui non impeditur per corporis infirmitatem. Potest enim qui est corpore infirmus promptam habere voluntatem ad aliquid faciendum, impeditur autem per passionem ut supra dictum est. unde cum dicitur peccatum esse ex infirmitate, magis est referendum ad infirmitatem animae, quam ad infirmitatem corporis. Dicitur tamen etiam ipsa infirmitas animae, infirmitas carnis, in quantum ex conditione carnis passionnes animae insurgunt in nobis, eo quod appetitus sensitivus est virtus utens organo corporali.

AD TERTIVM dicendum, quod in potestate quidem voluntatis est assentire, vel non assentire his, in quibus passio inclinatur: & pro tanto dicitur noster appetitus sub nobis esse, sed tamen iste assensus, vel dissensus voluntatis impeditur per passionem modo praedicto.

ARTICVLVS IIII.

Utrum amor sui sit principium omnis peccati.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod amor sui non sit principium omnis peccati. Id enim quod est secundum se bonum & debitum, non est propria causa peccati: sed amor sui est secundum se bonum & debitum. unde praecipitur homini, ut diligat proximum sicut seipsum. Leui. 19. ergo amor sui non potest esse propria causa peccati.

¶ 2 Præ. Apostolus dicit Rom. 7. Occasione accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. ubi gl. dicit, quod bona est lex, quae dum concupiscentiam prohibet, omne malum prohibet. quod dicitur propter hoc, quia concupiscentia est causa omnis peccati: sed concupiscentia est alia passio ab amore, ut supra habitum est. ergo amor sui non est causa omnis peccati.

¶ 3 Præ. August. super illud Psal. Incensa igni & suffossa, dicit quod omne peccatum est ex amore male inflammante, vel ex timore male humiliante. non ergo solus amor est causa peccati.

¶ 4 Præ. Sicut homo peccat quandoque propter inordinatum sui amorem, ita etiam interdum peccat propter inordinatum amorem proximi. ergo amor sui non est causa omnis peccati.

SED CONTRA est, quod August. dicit 14. de ciuit. Dei, quod amor sui usque ad contemptum Dei facit ciuitatem Babylonis: sed per quodlibet peccatum pertinet homo ad ciuitatem Babylonis. ergo amor sui est causa omnis peccati.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, propria & per se causa peccati accipienda est ex parte conuersionis ad commutabile bonum, ex qua quidem parte omnis actus peccati procedit ex aliquo inordinato appetitu alicuius temporalis boni. Quod autem aliquis appetat inordinate aliquod temporale bonum, procedit ex hoc, quod inordinate amat seipsum: hoc enim est amare aliquem,

velle ei bonum. Unde manifestum est, quod inordinatus amor sui est causa omnis peccati.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod amor sui inordinatus, est debitus & naturalis, ita scilicet quod velit sibi bonum quod congruit: sed amor sui inordinatus, qui perducit ad contemptum Dei, ponitur esse causa peccati, secundum Augustinum.

AD SECUNDVM dicendum, quod concupiscentia qua aliquis appetit sibi bonum, reducit ad amorem sui, sicut ad causam, ut iam dictum est.

AD TERTIVM dicendum, quod aliquis dicitur amare & illud bonum quod optat sibi, & se, cuius bonum optat. Amor igitur sibi quod dicitur eius esse quod optatur, puta, quod aliquis dicitur amare vniuersam pecuniam, recipit pro causa timorem, qui pertinet ad fugam mali. Omne enim peccatum procedit ex inordinato appetitu alicuius boni, vel ex inordinata fuga alicuius mali: sed utrunque horum reducit ad amorem sui. Propter hoc enim homo, qui appetit bonum, vel fugit mala, quia amat seipsum.

AD QVARTVM dicendum, quod amicus est qualiter ipse: & ideo quod peccatur propter amorem sui, videtur propter amorem sui peccati.

ARTICVLVS V.

Utrum conuenienter ponantur cause peccatorum concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod conuenienter ponantur cause peccatorum concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ, quia secundum Apostolum 1. ad Cor. 10. Radix omnium malorum est cupiditas. superbia vitæ sub cupiditate non continetur, ergo non debet poni inter causas peccatorum.

¶ 2 Præ. Concupiscentia carnis maxime excitat oculos, secundum illud Dan. 13. Specta deceptor te, ergo non debet diuidi concupiscentiarum in concupiscentiam carnis, & concupiscentiam oculorum contra concupiscentiam carnis.

¶ 3 Præ. Concupiscentia est delectabilis appetitus, ut supra habitum est: delectationes autem continentur non solum secundum uisum, sed etiam secundum alios sensus. ergo deberet etiam poni concupiscentia auditus & aliorum sensuum.

¶ 4 Præ. Sicut homo inducitur ad peccandum ex inordinata concupiscentia boni, ita et ex inordinata concupiscentia mali. ut dictum est: sed nihil hic enumerat peccatum fugam mali, ergo insufficienter cause peccatorum tanguntur.

SED CONTRA est, quod dicitur 1. lo. 2. Omne quod est in mundo aut est concupiscentia carnis, aut est concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ. In mundo autem dicitur aliquid esse propter peccatum. unde ibidem dicit, quod totus mundus in maligno potestus est. ergo praedicta tria sunt cause peccatorum.

RESPON. Dicendum, quod sicut iam dictum est, inordinatus amor sui est causa omnis peccati. Inordinatus autem amor sui includitur inordinatus appetitus alicuius boni, unusquisque enim appetit bonum ei quem amat. Unde manifestum est, quod inordinatus appetitus boni est causa omnis peccati. Bonum autem dupliciter est obiectum sensibilibus appetitibus, in quo sunt animae passionnes, quae sunt causa peccati. Vno modo absolute secundum quod est obiectum concupiscentiarum, modo sub ratione ardui, prout est obiectum irascibilitatis, ut supra dictum est. Est autem duplex concupiscentia, sicut supra habitum est. Vna quidem naturalis, quae est eorum, quibus natura corporis sustentatur, quantum ad conseruationem indiuidui, sicut et potus

Et. 9. eth. c. 8. circa princ. 29. 5.

Art. 1. huius quæst.

In corp. art. 2. & art. 1. & 2.

In art. 5. cor. & q. 84. ar. 2. ad 3. & 2. 2. q. 25. ar. 7. ad 1. & q. 6. 153. ar. 5. ad 3. & 2. di. 42. q. 11. ar. 1. cor. & mal. q. 8. ar. 1. ad 19.

est Aug. de spiritu & li. cap. 4. circa med. 1. 3.

q. 11. ar. 4. & q. 10. ar. 2.

Aug. 1. pl. 79. habet in sententia, to. 8.

Cap. 28. & vit. to. 5.

q. 75. ar. 1.

& potus, & alia hmoi: sine quantum ad cōseruationem speciei, sicut in ueneris, & horū inordinatus appetitus dī concupiscentia carnis. Alia est cōcupiscentia animalis, eorum. I. quæ per sensum carnis sūntentationē, aut delectationē nō afferunt, sed sūnt delectabilia sūm apprehensionē imaginationis, aut alicuius hmoi acceptationis, sicut sūnt pecunia, ornatus vestium, & alia hmoi: & hęc quidem animalis concupiscentia uocatur concupiscentia oculorū, sicut intelligatur concupiscentia oculi, lipsius uisio nis, quæ sit per oculos, ut referatur ad curiositatē, secundum quod * Aug. exponit in 10. Cōfess. siue referatur ad concupiscentiā rerum, quę exterius oculis proponuntur, ut referatur ad cupiditatem, secundum quod ab aliis exponitur. Appetitus autē inordinatus boni ardui pertinet ad superbā uitā. nam superbia est appetitus inordinatus excellentiā, ut * in ceteris dicit. Et sic patet, quod ad ista tria reduci possunt oēs passionēs, quę sūnt causa peccati: nam ad duo prima rēducuntur oēs passionēs cōcupiscentibilibis: ad tertiam autē oēs passionēs irascibilis, quod ideo non diuiditur in duo, quia oēs passionēs irascibilis naturaliter conformantur cōcupiscentiā animali.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod secundum quod cupiditas impōtat uniuersaliter appetitum cuiuslibet boni, sic etiam superbia uitæ continetur sub cupiditate. Quomodo autem cupiditas, secundum quod est speciale uirium, quod auaritia nominatur, sit radix omnium peccatorum, * infra dicitur.

AD SECUNDVM dicendum, quod concupiscentia oculorū nō dī hęc cōcupiscentia oīum rerū, quę uideri oculis pnt, sed solū earū in quibus nō qritur delectatio carnis, quæ est sū tactum, sed solū delectatio oculi, id est, cuiuscunq; apprehensio uirtutis.

AD TERTIUM dicendum, quod sensus uisus est excellentior inter oēs alios sensus, & ad plura se extendens, ut dicitur in 1. * Metaph. & ideo nomē eius transfertur ad omnes alios sensus, & etiam ad omnes interiores apprehensiones, ut * August. dicit in lib. de uerbis Domini.

AD QUARTVM Dicendum, quod fuga mali causatur ex appetitu boni, ut supra dictum est: & ideo ponitur solum passionēs inclinantes ad bonū tanquam causę earum, quę faciunt inordinate fugam mali.

Art. 3. Prę. Quanto intensiori uoluntate aliquis facit peccatum, tãto grauius uidet peccare: sed passio impellens uoluntatē, facit eã uehementius ferri in actū peccati: ergo passio aggrauat peccatū.

SED CONTRA. Passio ipsa concupiscentię uocatur rēratio carnis: sed quãto aliquis maiori tentationē proferitur, tanto minus peccat, ut patet p * Aug. ergo passio diminuit peccatū.

RESPON. Dicendum, quod peccatum essentialiter cōsistit in actu lib. arbit. quod est facultas uoluntatis, & rationis: passio autem est motus appetitus sensitui. Appetitus autem sensituius potest se habere ad lib. arbit. & antecedenter, & cōsequenter. Antecedenter quidem, sūm quod passio appetitus sensitui trahit, uel inclināt rōnem, uel uoluntatē, ut supra dictum est. Consequenter autem, sūm quod motus superiorū uirium, si sint uehementes, redundant in inferiores.

Criores. Non. n. potest uoluntas intente moueri in aliquid, quin excitetur aliqua passio in appetitu sensitui. Si igitur accipitur passio secundum quod præcedit actum peccati, sic necesse est, quod diminuat peccatum. Actus enim in tantum est peccatum, in quantum est uoluntarium, & in nobis existens. Esse autē aliquid in nobis dī per rationem, & uoluntatem: unde quanto rō, & uoluntates ex se aliquid agunt, nō ex impulsu passionis, magis est uoluntarium, & in nobis existēs, & secundum hoc passio minuit peccatum, in quantum minuit uoluntarium: passio autē consequens non dimminit peccatū, sed magis auget, uel potius est signum magnitudinis eius, in quantum, si demonstrat intensionem uoluntatis ad actum peccati, & sic uoluntatem est quod quanto aliq; maiori libidine, uel concupiscentia peccat, tanto magis peccat.

Dicendum, quod bona passio consequens iudicium rationis augmentat meritum: si autem præcedit, ut scilicet homo magis ex passione, quàm ex iudicio rationis moueatur ad bene agendum, talis passio diminuit bonitatem, & laudem actus.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod passio est causa peccati ex parte cōuersionis. Grauitas autem peccati magis attenditur ex parte auersionis, quæ quidem ex conuersione sequitur per accidens, id est, præter intentionem peccantis. Causę autem per accidens augmentatę, non augmentant effectus, sed solum causę per se.

AD SECUNDVM dicendum, quod bona passio consequens iudicium rationis augmentat meritum: si autem præcedit, ut scilicet homo magis ex passione, quàm ex iudicio rationis moueatur ad bene agendum, talis passio diminuit bonitatem, & laudem actus.

Ad primūm solum dicitur: quod grauitas peccatorum attenditur secundum obiecta causaliter, secundum autē auersiones, formaliter: quia grauitas conditio est materialis, quæ in auersione peccati consistit. Et propterea hic dicitur, quod magis attenditur ex parte auersionis.

Ad secundum dicitur, quod aliud est illud quod de obiecto peccati, & aliud de conuersione ad obiectum: augmentato namque obiecto, auget auersio & malitia, quia per se sequitur ad illud, ut superius patet. Augmentata autem conuersione ad ipsum, non oportet augeri auersionem, quia conuersio ex intentione mentitur, quæ per accidens respicit obiectum, ut causat auersionem: & propterea in littera augmentata conuersio, causat per accidens posititē respectu auersionis.

In rēspōsione ad tertium eundem articulum sexto, quod author intendit, quod motus uoluntatis dupliciter potest attendi, scilicet, in quantum proprius uoluntati, & in quantum communis uoluntati, & passioni. Si sit intensus ut proprius uoluntati, & ex ipsa inclinatione uoluntatis, quãto intensior, tãto grauior culpa, & similiter maius meritum. Si autem sit intensus ut communis, id est, ex passionis incitatione, sic nō quãto intensior, tãto grauior culpa: nec maius meritum. Et ratio est, quia intensio illa conuertit ex causa diuini uoluntatis: peccatum autē & meritum consistunt in ratione uoluntatis.

Ad primūm dicendū, quod passio est causa peccati ex parte cōuersionis. Grauitas autem peccati magis attenditur ex parte auersionis, quæ quidem ex conuersione sequitur per accidens, id est, præter intentionem peccantis. Causę autem per accidens augmentatę, non augmentant effectus, sed solum causę per se.

Ad rēspōsionē ad tertium eundem articulum sexto, quod author intendit, quod motus uoluntatis dupliciter potest attendi, scilicet, in quantum proprius uoluntati, & in quantum communis uoluntati, & passioni. Si sit intensus ut proprius uoluntati, & ex ipsa inclinatione uoluntatis, quãto intensior, tãto grauior culpa, & similiter maius meritum. Si autem sit intensus ut communis, id est, ex passionis incitatione, sic nō quãto intensior, tãto grauior culpa: nec maius meritum. Et ratio est, quia intensio illa conuertit ex causa diuini uoluntatis: peccatum autē & meritum consistunt in ratione uoluntatis.

ARTICVLVS VI.

Utrum peccatum alleuietur propter passionem.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quod peccatum non alleuietur propter passionē. Augmentum. n. causę auget effectū. si. n. calidum dissoluit, magis calidū magis dissoluit: sed passio est cā peccati, ut * habitum est. ergo quanto est intensior passio, tãto est maius peccatum. passio igit nō minuit peccatum, sed auget.

¶ 2. Prę. Sicut se habet passio bona ad meritū, ita se habet mala passio ad peccatū: sed bona passio auget meritum. tãto. n. aliq; magis uideret mereri, quãto ex maiori misericordia patris subuenit. ergo et mala passio magis aggrauat peccatum, quā alleuiet.

Super Quæstionē septimam articulo sextimo.

N articulo. e. omittis tertio, quarto, & quinto, duo dubia occurrunt: circa rēspōsionem ad primūm. Superius namq; in q. 73. ar. 3. dictum est, quod grauitas essentialis peccatorum attenditur secundum obiecta: nūc uero dicitur, quod magis attenditur secundum auersionē: & ex hoc nascitur secundū dubium quia si grauitas peccati attenditur secundum obiectum, augmentata conuersione ad obiectum, augetur peccatū: quoniam conuersio non per accidens, sed per se respicit obiectum, unde est grauitas.

Innuetur li 14. de ci. dei 12. in li. 5

Art. 1. 2. huius q. 6. 10. ar. 3.



¶ Super Quaestione
Septuagesima prima
Articulum septimum.

ex passione incitatus: non tamē
ita est voluntatis proprius, sicut
si sola ratione moueretur ad
peccandum.

ARTICVLVS VII.

Vtrum passio totaliter excuset
a peccato.

AD SEPTIMVM sic procedi-
tur. Videtur q̄ passio tota-
liter excuset a peccato. Quic-
quid enim causat inuoluntariū,
excusat totaliter a peccato: sed
concupiscentia carnis quæ est
quædam passio, causat inuolun-
tariū, sicut illud Gal. 5. Caro cō-
cupiscit aduersus spūm, ut non
queat; vultis, illa faciatis, ergo
passio totaliter excusat a peccato.

¶ 2 Præter. Passio causat ignoran-
tiam quandā in particulari, vt di-
ctum est: sed ignorantia particula-
ris totaliter excusat a peccato,
sicut supra habitū est, ergo passio
totaliter excusat a peccato.
¶ 3 Præter. Infirmetas animæ gra-
uior est, quā infirmetas corporis:
sed infirmetas corporis tota-

In artic. 7. habes, q̄
peccata sequentia
ameniam, ebrietatē,
& similia, quādo fue-
runt uoluntaria, impu-
tantur, memeto quōd
non imputantur, ut
peccata illarum spe-
cierum sed ut circum-
stantia primorū pec-
catorum. Cum autem
audis, quōd infirmetas
corporis uolunta-
ria non excusat a pec-
catis sequentibus, in-
tellige durante illius
infirmetas affectu.
Post peccatū enim
etiam si corporis in-
firmitas perseueret,
excusatur a peccatis
sequentibus. Et hæc
de isto articulo a me
sub breuitate dicta
sufficiunt, quoniā ni-
hil aliud necessariū,
& notatione dignum
scribendum occurrit.

Infr. ar. 8. ad
3. & m. q. 3.
ar. 10. cor.

Art. 2. huius
q. & q. 76.
art. 3.

liter excusat a peccato, vt patet in phreneticis, ergo
multo magis passio, quæ est infirmetas animæ.

SED CONTRA est, quōd Apost. Rom. 7. vocat
passiones peccatorum non nisi quia peccata cau-
sant, quōd non esset, si a peccato totaliter excusaret.
ergo passiones non totaliter a peccato excusant.

RESPON. Dicendū, q̄ secundū hoc solum actus
aliquis, qui de genere suo est malus, totaliter a pec-
cato excusatur, quod totaliter inuoluntarius reddi-
tur. vnde si sit talis passio, que totaliter inuolunta-
rium reddat actum sequentem, totaliter a peccato
excusatur, alioquin non totaliter. Circa quod duo cō-
sideranda uidentur. Primo quidem, quōd aliquid po-
test esse uoluntarium vel sicut se, sicut q̄n uoluntas di-
recte in ipsum fertur: vel secundum suā causam, q̄n
uoluntas fertur in causam, & non in effectum, vt pa-
tet in eo qui uoluntarie inebriatur: ex hoc, n. quasi
uoluntarium ei imputatur, quod per ebrietatē cō-
mittit. Secundo considerandum est, q̄ aliquid dicū
uoluntarium directe, uel indirecte, directe quidē id,
in quod uoluntas fertur: indirecte autē illud, quod uo-
luntas potuit prohibere, sed non prohibet. Secun-
dum hoc igitur distinguendum est, quia passio quāq;
quidem est tanta, q̄ totaliter aufert usum rationis,
sicut patet in his qui pp amorem, uel irā insanunt;
& tunc si talis passio a principio fuerit uoluntaria,
imputatur actus ad peccatum, quia est uoluntarius
in sua causa, sicut etiam de ebrietate dictum est. Si
uero causa non fuerit uoluntaria, sed naturalis, pu-
ta cum aliquis ex ægritudine, uel aliqua hōiī cau-
sa incidit in talem passionem, quæ totaliter aufert
usum rōnis, actus omnino redditur inuoluntarius,
& per consequens totaliter a peccato excusatur.
Quāq; uero passio nō est tāta, q̄ totaliter intercipiat
usum rationis: & tunc ratio potest passionē exclu-
dere diuertēdo ad alias cogitationes, uel impedire
ne suum cōsequatur effectum: quia membra nō ap-
plicantur operi, nisi per cōsensum rōnis, ut supra di-
ctum est. un talis passio nō totaliter excusat a peccato.

AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ hoc quod di-

q. 75. art. 4.
& q. 77.

citur. Vt non quæcunq; uultis, illa faciatis nō est
ferendum ad ea, quæ sunt per exteriorem actū
ad interiorem concupiscentiæ motum. Velle est
homo nunq; concupiscere malū. sicut etiam ex-
nitur id quod dicitur Ro. 7. Quod odi malū, illud
facio. Vel potest referri ad uoluntatem pcedentem
passionem, ut patet in continentibus, qui cōtra
propositum agunt propter suam concupiscentiam.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ ignorantia particu-
laris, quæ totaliter excusat, est ignorantia circum-
stantia, quam quidē quis scire non pōt debita dilige-
tia adhibita: sed passio causat ignorantiam iuris
particulari, dum impedit applicationē communis
scientiæ ad particularem actum, quam quidem pas-
sionem ratio repellere potest, ut dictum est.

AD TERTIVM dicendum, q̄ infirmetas corporis
est inuoluntaria, effectus autem simile, si esset uolunta-
ria, sicut de ebrietate dictum est, quæ est quædam
corporalis infirmitas.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum peccatum, quod est ex passio-
ne, possit esse mortale.

AD OCTAVVM sic procedi-
tur. Videtur q̄ peccatum,
quod est ex passione, non possit esse
mortale. Veniale enim pec-
catum diuiditur contra morta-
le: sed peccatum, quod est ex in-
firmitate, est ueniale, cū habeat
in se causam ueniæ. Cū igitur
peccatū, quod est ex passione,
sit ex infirmitate, uidetur quōd
non possit esse mortale.

¶ 2 Præter. Causa non est potior
effectu; sed passio nō potest esse
peccatum mortale, nō enim
in sensualitate est peccatū mor-
tale, ut supra habitū est, ergo
peccatū, quod est ex passione,
non potest esse mortale.

¶ 3 Præter. Passio abducit a ratione, ut ex
sed rationis est cōuertit ad Deum, uel auertit a Deo
in quo consistit ratio peccati mortalis. peccatum
ergo, quod est ex passione, nō potest esse mortale.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit Ro.
quod passiones peccatorum operantur in membris
nostris ad fructificandum morti: hoc autē est
primum mortalis peccati, q̄ fructificet morti:
peccatū, quod est ex passione, potest esse mortale.

RESPON. Dicendum, quod peccatum mortale
de, ut supra dictum est, consistit in auersione
ultimo fine, qui est Deus, quæ quidem auersio peccati
net ad rationem deliberantem, cuius etiam est
dinare in finem. Hoc igitur solummodo potest
tingere, quōd inclinatio anime in aliquid quod
trahatur ultimo fini, non sit peccatum mortale,
quia ratio deliberans non potest occurrere, quod
contingit in subitis motibus. Cū autē ex pas-
sione aliquis procedit ad actum peccati, uel ad cō-
sum deliberatum, hoc nō fit subito, unde ratio
liberans potest hic occurrere: potest enim ex-
dere, uel saltem impedire passionem, ut dictum est
unde si non occurrat, est peccatum mortale, licet
uidemus quōd multa homicidia, & multa adul-
teria per passionem committuntur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod uoluntariū
dicitur tripliciter. Vno modo ex causa, quia facit
habet

¶ Super quaestione
septuagesima prima
Articulum octauum.

In art. 8. in rebu-
sione ad seculū
recole, quōd pmo
mous adult. et
sim adulterii
uersione commens
eiūdem enim lau-
cui: & in aucto-
d'ferunt. hoc est
est mortale, illud
niale. Et hinc uidetur
quod auersio peccati
dens se quom ad
uersionem, quom
sat passio. At si
obiecti mouent
difficultas, dicitur
tur vt in articulo
lo ante distictio
de conuersione, b
bictio.

q. 75. ar.
or. & q.
tra. co.
d. r. co.
q. 75. ar.
co. & q.
per te
i
ni: co.
7. & 1.
Roma
eth. c. 10
g
ed. co. q.
C
paulo
m. & de
m. & de
p
E
Et
tu
in
ei
p
tu
fi
ei
ne
ex
ci

habet aliquam causam venia; qua diminuit peccatum: & sic peccatum ex infirmitate, vel ignorantia dicitur veniale. Alio modo ex euentu, sicut omne peccatum per penitentiam fit veniale, i. veniam consequitur. Tertio modo dicitur veniale ex genere, sicut verbum otiosum, & hoc solum veniale opponitur mortali: obiectio autem procedit de primo.

AD SECVNDVM dicendum, quod passio est causa peccati ex parte conuersionis. Quod autem sit mortale, est ex parte auersionis, quod per accidens sequitur ad conuersionem, ut dictum est: unde ratio non sequitur.

AD TERTIVM dicendum, quod ratio non semper in suo actu totaliter a passione impeditur, unde remanet ei liberum arbitrium, ut possit auerti, vel conuer-ti ad Deum: si autem totaliter tolleretur vsus rationis, iam non esset peccatum nec mortale, nec veniale.

Super Quaest. 78. Articulum primum.

QVAESTIO LXXVII.

De causa peccati, qua est malitia, in quatuor articulos diuisa.

IN articulo primo. Quaesitio 78. adhaere, quod licet omne peccatum humanum reducatur in haec tria principia, ignorantiam, passionem, & malitiam: in omni tamen peccato inuenitur mala uoluntas, & ignorantia. Et de ignorantia quidem in responsione ad primum, habes ultimam resolutionem, & semper aliqua trium ignorantiarum actualium, siue sit ignorantia priuatiue, siue conuatiue interuenit. Et quoniam priuatiue per habitum cognoscitur, distingue pro nouitibus triplicem scientiam actiua lem particularis prosequendi, uel fugiendi. Primam, qua scitur hoc esse malum: secundam, qua scitur hoc nunc esse malum: tertiam, qua scitur hoc nunc malum re-latum ad illud aliud esse sibi peius: & respice, quod peccans ex ignorantia, laborat ignorantia opposita primae scientiae: peccans ex passione, seu infirmitate laborat ignorantia opposita secundae scientiae: peccans uero ex malitia laborat ignorantia opposita tertiae scientiae. Et sic errant intellectus omnes, qui operantur malum. De malitia autem uoluntatis in responsione ad tertium singulariter specificatur, quando quis peccat ex certa malitia, quod oportet ipsam peccare ex ipsa electione mali, id est, non ex ignorantia, nec ex infirmitate, sed ex ipsa uoluntaria electione mali, scienter

DEINDE considerandum est de causa peccati, quae est ex parte uoluntatis, quae dicitur malitia.

ET CIRCA hoc quaeruntur quatuor.

Primo, utrum aliquis possit ex certa malitia, seu industria peccare.

Secundo, utrum quicumque peccat ex habitu, peccet ex certa malitia.

Tertio, utrum quicumque peccat ex certa malitia, peccet ex habitu.

Quarto, utrum ille qui peccat ex certa malitia, grauius peccet, quam ille qui peccat ex passione.

ARTICVLVS PRIMVS.

Utrum aliquis peccet ex certa malitia.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod nullus peccet ex industria, siue ex certa malitia. Ignorantia enim opponitur industriae, seu certae malitiae: sed omnis malus est ignorans, secundum Phil. & Prouerb. 14. dicitur. Errant qui operantur malum, ergo nullus peccat ex certa malitia.

Prat. Dion. 4. ca. de di. no. quod nullus intendens ad malum operatur: sed hoc uidetur esse peccare ex malitia, intendere malum in peccando. quod enim est praeter intentionem, est quasi per accidens, & non denotat actum, ergo nullus ex malitia peccat.

Prat. Malitia ipsa peccatum est. si igitur malitia sit causa peccati, sequetur quod peccatum sit causa peccati in infinitum, quod est inconueniens, nullus igitur ex malitia peccat.

SED CONTRA est, quod dicitur

tur Job 34. Quasi de industria recesserunt a Deo, & uias eius intelligere noluerunt: sed recedere a Deo est peccare, ergo aliqui peccant ex industria, seu ex certa malitia.

RESPON. Dicendum, quod homo, sicut & quaelibet alia res, naturaliter habet appetitum boni: unde quod ad malum eius appetitus declinet, contingit ex aliqua corruptione, seu inordinatione in aliquo principiorum hominis: sic enim in actionibus reru naturalium peccatum inuenitur.

Principia autem humanorum actuum sunt intellectus, & appetitus tam rationalis, qui dicitur uoluntas, quam sensitius. Peccatum igitur in humanis actibus contingit quicumque: sicut ex defectu intellectus, puta, cum aliquis per ignorantiam peccat: & ex defectu appetitus sensitui, sicut cum aliquis ex passione peccat, ita etiam ex defectu uoluntatis, qui est inordinatio ipsius. Est autem uoluntas inordinata, quoniam minus bonum magis amat, consequens autem est, ut aliquis eligat pati detrimentum in bono minus amato ad hoc, quod potatur bono magis amato: sicut cum homo uult pati abscissionem membri etiam scienter, ut conseruet uitam, quam magis amat. Ita per hunc modum, quoniam aliqua inordinata uoluntas aliquod bonum temporale plus amat, pura, diuitias, uel uoluptatem, quam ordinem rationis, uel legis diuinae, uel charitatem Dei, uel aliquid huiusmodi, sequitur quod uelit dispendium pati in aliquo spiritualium bonorum, ut potatur aliquo temporali bono. Nihil autem est aliud malum, quam priuatio alicuius boni: & secundum hoc aliquis scienter uult aliquod malum spirituale, quod est malum simpliciter, per quod bonum spirituale priuatur, ut bono temporali potatur. Unde dicitur ex certa malitia, uel industria peccare, quasi scienter malum eligens.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ignorantia quandoque quidem excludit scientiam, qua aliquis simpliciter scit hoc esse malum quod agitur, & tunc dicitur ex ignorantia peccare: quandoque autem excludit scientiam, qua homo scit hoc nunc esse malum, sicut cum ex passione peccatur: quandoque autem excludit scientiam, qua aliquis scit hoc malum non sustinendum esse propter consecutionem illius boni, scit tamen simpliciter hoc esse malum: & sic dicitur ignorare, qui ex certa malitia peccat.

AD SECVNDVM dicendum, quod malum non potest esse secundum se intentum ab aliquo: potest tamen esse intentum ad uitandum aliud malum, uel ad consequendum aliud bonum, ut dictum est. & in tali casu aliquis eligeret consequi bonum per se intentum abque hoc, quod pateretur detrimentum alterius boni: sicut aliquis lasciuus uellet frui delectatione absque offensa Dei: sed duobus propositis magis uult peccare, incurrere offensam Dei, quam delectatione priuetur.

AD TERTIVM dicendum, quod malitia, ex qua aliquis de peccare, potest intelligi malitia habitualis, secundum quod habitus malus a Philosopho nominatur malitia, sicut habitus bonus nominatur uirtus: & secundum hoc aliquis dicitur ex malitia peccare, quia peccat ex inclinatione habitus. Potest etiam intelligi malitia actualis siue ipsa mali electio malitia noietur: & sic dicitur

Prima Secunda S. Tho. Y 4 ali-

preponendo bonum sibi conuersum bono conuerso illius praesentis boni absentiae. Praeposit enim malitiose iniustus bonum lucri iunctum malitiose bono iustitiae iuncto absentiae lae: ita quod electio mali non ex ignorantia, aut passione est malitia, qua peccatur ex industria: electio autem quomodolibet mala communis est omni peccato perfecto, ut clare habes inferius art. 4. in responsione ad ultimum.

In corp, etc.

D. 1200.

In corp, etc.

D. 382. Lib. 3. c. 1. co. 5.